



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qualitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

403. Circa causas justæ absentiae habentium dignitates, Canonicatus &c. An omnis causa justa excusans à residentia faciat etiam fructus lucrificari pro rata istius justæ absentiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

Questio 401. Circa dictos tres menses à Concilio permiffos quietis & recreationis causâ fumendus continuè vel interpolatim, quid observandum ulterius?

Respondeo sequentia ex Garc. Primò, dictos tres menses singulos continere triginta dies. Garc. p. 3. c. 2. n. 306. citans Abbat. in c. licet. de suppl. negl. Menoch. de arb. l. 2. casu 50. à num. 12. accipiendos singulos pro duodecima parte anni docent Lamb. de jurep. p. 2. l. 2. q. 1. s. 14. n. 3. & Sanch. de matr. l. 2. d. 24. n. 20. et si in materia suspensionis illos aliter computet Suar. de cens. d. 29. s. 1. n. 5.

2. Secundò hanc trimestrem absentiam tunc habere locum, si constitutio aut consuetudo Ecclesie requirat servitium totius anni, cum residentia totius anni sit nimis rigida, oporteatque juxta fragilitatem humanam indulgeri tempus aliquod ad recreationem corporis & animi. Garc. n. 312. referens pro hoc declarat. S. Congregationis.

3. Tertio posse Canonicos careròsque illos uti beneficio trium istorum mensium, nullà declaratâ causâ aut petita licentia, cum Concilium absolute permittat illam licentiam ob aliquam recreationem, & vacationem à labore, ne sit nimis dura residentia. Garc. nu. 314. juxta plures quas refert, S. Congregationis declarationes contra Navar. de orat. c. 5. n. 20. docentem non posse Canonicos &c. sine rationabili causa pro solo suo libitu, uti dicta absentia &c.

4. Quarto non posse tamen juxta eandem declarationes apud Garc. n. 315. omnes simul abesse, aut tot, ut Ecclesia debito suo destituatur servitio; quot autem simul abesse possint, relinquendum arbitrio Episcopi & Capituli.

5. Quintò, cavendum quoque, ne dicta absentia incurrat in Natali Domini, aut Paschate, similibusve maximis solemnitatibus. Zerol. in praxi Episc. p. 1. v. privatio. & Zechus de rep. Eccl. tit. de beneficiat. num. 6. juxta monitionem S. Congregat. apud Garc. n. 316. & 317. quamvis is n. 318. dicat id non observari in Hispania, nec taxari ibi numerum eorum, qui simul abesse possunt; eò quòd regulariter in Ecclesiis Hispania competens numerus remaneat. Recitat etiam Paxjard. loc. cit. n. 73. declarationem S. Congregat. cujus authenticum exemplum dicit apud se existare hujus tenoris: *Esti S. Congregatio declaravit, nullam requiri licentiam, ad hoc, ut Canonici in mensibus à Concilio concessis abesse possint; censuit tamen hanc declarationem locum non habere, quoties Canonici abesse volunt extra diocesis, perinde hoc casu Episcopi licentiam esse obtinendam: ceterum Episcopum non debere illam absque rationabili causa negare, &c.*

6. Sextò posse pro dicto tempore simul abesse coadjutorem, & coadjutum, nisi obstat speciale statutum. Paxjard. ibid. num. 74. citans Monetam de optione Canonic. q. 8. n. 172. Navar. de Cler. egrotant. consil. 1. num. 6. Sanctarell. &c.

Questio 402. Num istis tribus mensibus, qui dantur recreationis causâ, absentes non solum lucrentur fructus, seu grossam, sed etiam distributiones quotidianas, maxime stante tali consuetudine & ordinatione?

Respondeo negativè juxta Text. c. unicus. de Cler. non resid. in 6to. & c. 12. sess. 24. Trid. Garc. p. 3. c. 2. n. 249. citans Paris. de resign. l. 1. c. 10. nu. 65. P. Leuren. Fori Benef. Tom. 1.

Zerol. & Zech. ll. cit. Gonz. & alios, & sic declaravit S. Congregatio apud Garc. his expressis: *Absentes recreationis causa non lucrentur nisi fructus prabendiarum, non autem distributiones quotidianas, sive antiquas, sive novas, que sunt distincta à prabendis &c. & vacante unius, aut plurium mensium, quibus absentes percipere solebant distributiones sublata sunt, &c.* Addit Pirh. de Cler. non resid. n. 94. nulla particulari consuetudine aut statuto induci posse, ut distributiones (idem est de portionibus anniversariorum) quæ ex prima sua institutione, seu fundatione tantum eis dari debent, qui divinis officiis sunt presentes, dentur absentibus, cum talis consuetudo, utpote cedens in detrimentum cultus divini, reprobetur in Trident. cit. c. 12. Idem procedere, etiam si Canonicorum omnes fructus sint distributiones quotidianæ, tenet Garc. num. 252. ob declarationem Sac. Congregat. quam citat num. 250. nisi fortè contrarium sit in Ecclesia aliqua statutum à Papa ex certa scientia confirmatum, quale esse in Ecclesia Abulensi ait n. 253. Nihilominus Pirh. loc. cit. sentit contrarium, nempe si fructus beneficii in solis distributionibus consistant; eò quòd Ecclesia non habeat præbendas, sed dentur quotidie singulis pro victu certi proventus in fructibus, vel pecunia, hos proventus, seu distributiones minus propriè tales dari debere etiam absentibus, quibus jure communi, vel speciali, vel ex privilegio proventus beneficiorum debeatur, eò quòd tunc potius sint præbenda, quàm distributiones, citatque pro hoc Gl. in cit. c. unicus. Imò probabile dicit, quòd quando ex comunibus proventibus Capituli pars aliqua deducitur, vel olim deducta fuit in distributiones convertenda, consuetudine vel statuto induci possit, ut absentes ex justa causa, & in specie tribus illis mensibus, quos Trid. concedit non residentes eas etiam distributiones istorum mensium percipiant; eò quòd cum distributiones hæ in locum præbendæ succedant, utpote quæ ex præbendis detractæ iis substituuntur, de iis judicetur sicut de præbendis, & eadem de iis sit dispositio, subrogato Sapiente ejus naturam, in cujus locum subrogatur, citatque pro hoc Probum in addit. ad Jo. Monach. & Laym. l. 4. r. 2. c. 7. n. 3.

Questio 403. Circa causas justæ absentie habentium dignitates, Canonicatus &c. num omnis causa justæ excusans à residentia faciat etiam fructus lucriferi pro rata istius justæ absentie?

Respondeo negativè: fructus enim non lucrentur in absentia, nisi in casibus à jure exceptis. Garc. p. 3. c. 2. n. 340. citans Rebuff. in praxi, tit. de dispens. de non resid. n. 22. Sic dispensatus de non residendo non potest recipere fructus beneficii, nisi concedatur hoc ipsum distinctè in dispensatione. Garc. ibid. citans Felin. in c. fin. de Magist. n. 3. Item Canonicus ingrediens religionem non lucretur anno probationis fructus, etiam si sit justè excusatus à residentia. Garc. num. 321. Item Canonicus electus, seu nominatus ad Episcopatum Italiae, qui debet Romæ examinari, dum vadit Romam, justè abest, & tamen interea nullos lucretur fructus. Garc. n. 342. Neq; his obstat, quòd ex dispensatione obtinens duos Canonicatus, vel dignitates, & residens in uno lucretur fructus alterius; nam eò ipso quòd dispensetur ad duos Canonicatus, censetur dispensatus, ut in absentia percipiat fructus

alterius, ne aliàs dispensatio ad secundum Canoniceatum esset inutilis. Idem est de Canonico obtinente ex dispensatione parochialem, residentes enim in parochiali sunt privilegiati ex Bulla Pii V. ad percipiendos fructus in absentia aliorum beneficiorum, quæ habent. *Garc. n. 343.*

Questio 404. An, & qualiter præfati ob negotium necessarium seu evidentem Ecclesie utilitatem abesse possint ultra dictos tres menses, & interim lucrari non tantum fructus grossos, sed & distributiones quotidianas?

Respondeo affirmativè, juxta *cit. c. unic. §. qui vero &c.* juxtaq; dicta de curatis, & quidem à potiori; intelligendo tamen hoc de negotiis, & utilitate propria Ecclesie, non alienæ: vel etiam probabiliter de utilitate Ecclesie universalis, cum utilitas communis propria sit cujusque & commune bonum præferendum sit privato; unde si ob utilitatem Ecclesie propria licet abesse ab Ecclesia & choro, & tamen percipere etiam distributiones quotidianas, multò magis id licebit ob utilitatem propria & reliquis Ecclesiis commuenum. *Pirh. loc. cit. n. 90.* citans *Castrop. p. 2. de relig. d. 3. p. 9. §. 3. n. 1.* Qualiter autem cum *cit. c. unico* concilietur textus *c. cum non deceat. de elect. in 6to.* in quo Bonifac. VIII. rescribens ait: *cum Ecclesiarum suarum prosequentes utilitatem censeri debeant residentes, fructus suorum beneficiorum, que obtinent in iis Ecclesiis, quorum negotia prosequuntur, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis recipiant. &c.* vide apud *Pirh. loc. cit. num. 92.* ubi inter alias, quas profert conciliationes, hanc dicit esse probabiliorem, eamque teneri à *Gl. ibid. v. utilitates. Navar. l. 3. cons. 8. de Cler. non resident. num. 4.* *Laym. loc. cit. n. 7. c. 3. Azor. loc. cit. q. 14.* quod nimirum Bonif. *cit. c. unico* adjudicet ex dicta causa absentibus etiam distributiones, dum hæc de consuetudine aut statuto ex tali causa absentibus dantur, approbando talem consuetudinem, vel statutum, citato verò *c. cum deceat.* velit citra tale statutum vel consuetudinem, si ve vi juris communis non deberi eas absentibus, etiam ex dicta causa; quippe quæ ex propria institutione, non nisi iis, qui divinis officiis interfunt, dari debent. Quamvis etiam de jure communi, cessante etiam consuetudine, percipiat non solum fructus, sed & distributiones quotidianas, qui abest pro evidente utilitate Ecclesie, si præsens est in loco, ubi est Ecclesia, ut *Garc. n. 359.* citans *Covar. cit. c. 13. nu. 8.* *Jo. Gutierrez. can. 99. l. 1. c. 1. n. 145.* *Zerol. Zechum, &c.*

2. Poterunt igitur ultra tres menses abesse ab Ecclesia & choro, & percipere interim etiam distributiones, Primò Canonice missus, v. g. Romam, vel aliò, ut tractet negotia Ecclesie suæ, defendat jura illius aut Capituli. *Pirh. ibidem.* citans *Barb. de off. Epif. alleg. 53. n. 171.*

2. Secundò etiam citra missionem aut jussionem Capituli degens alibi occupatus in visitandis & defendendis juribus, & redditibus præbendæ, vel Canoniceatus, quem habet in Ecclesia, à qua abest. *Pirh. ibidem* citans *Barb. in collectan. ad cit. c. unico. num. 12.*

4. Tertio habens in Ecclesia dignitatem, cui incumbit visitatio, v. g. Archidiaconus ratione hujus visitationis & muneris sui ultra tres menses abens à dicta Ecclesia lucratur etiam distributio-

nes. *Pirh. ibidem.* *Azor. cit. l. 7. c. 7. q. 16.* Quod tamen limitat *Garc. cit. c. 2. num. 332.* ex declaratione S. Congregationis, quam citat accipiendo distributiones pro iis fructibus Archidiaconatus, qui lucrifunt per interessentiam, negat autem de cæteris distributionibus, maxime quotidianis, quamvis *n. 333.* dicat, quòd si esset consuetudo, ut Archidiaconus visitans suum Archidiaconatum reciperet, & has distributiones, esse eam validam nec prohibitam, per *cit. c. unicum.* juxta *Monach. ibid. n. 2.* uti etiam *num. 336.* dicit illum lucrifacurum has distributiones, dum in ipsa civitate vel loco, ubi est Ecclesia, visitaret, seu actu exerceret jurisdictionem imminenti suæ dignitati, dum id oporteret fieri tempore horarum, nec posset commodè post aut ante illas, De cætero *n. 334. & seq.* inquit non obstat huic sententiæ de non percipiendis à tali distributionibus quotidianis *c. 3. sess. 22.* Trident. ubi dicitur; quòd incumbens curæ animarum imminenti dignitati suæ habetur pro præsentè & interessente; eò quòd id intelligendum, ut constat ex S. Congregat. declarationibus, quas *ibidem* recitat, de cura animarum propriè tali, nempe fori interioris, non de illa, quæ est solum fori exterioris, qualem habet tantum Archidiaconus, quæ talis. Quòd si & talis habeat Canoniceatum, cujus fructus, & distributiones sunt distinctæ à fructibus dignitatis, etiam si aliàs Canoniceatus adesset dignitati annexus (secus est de portione accessorie annexa dignitati, cum tunc sit unum beneficium, & portio ista se habeat, ut prædium dignitatis, ad eò que ejus fructus sint fructus ipsius dignitatis, seu ejus prædii. *Garc. num. 338.*) non lucraretur distributiones istius Canoniceatus. *Pirh. loc. cit.* citans *Castrop. ubi supra n. 9.* imò nequidem fructus, nisi pro rata trium mensium, quibus aliàs licet Canonice abesse. *Garc. ibidem.* juxta declarationem S. Congregat. quam citat *n. 332.* quia jam sunt duo beneficia, & visitando ratione dignitatis, non deservit Canoniceatus.

5. Quarto, qui à Capitulo missi ad Concilium generale, vel provinciale, aut Synodum, ut tanquam Theologi vel Canonice ei intersint. *Pirh. loc. cit.* citans *Barb.*

6. Quintò, Pœnitentiarius Ecclesie Cathedralis interea, dum confessiones audit in Ecclesia præsens in choro habetur, juxta *Trid. sess. 24. c. 8. Pirh. ib.*

7. Sextò, qui deputatur ad recipiendas rationes reddituum, & bonorum Ecclesie. *Pirh. ibid.* citans *Castrop. ubi supra n. 6.*

8. Septimò, Canonice vel alius beneficiatus tempore divinorum officiorum in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata privatim celebrans, etiam sine obligatione, & ex sola devotione habetur pro præsentè in choro, & lucratur distributiones ex recepta consuetudine; excipit autem Canonice habentem in eadem Ecclesia beneficium Capella, qui interim, dum interveniendo suo isti beneficio abens est à choro, distributiones recipere non debet juxta declarationem S. Congregat. ad *cit. 12. sess. 24.* ita ille, quibus etsi obstat clarissimæ S. Congregationis declarationes apud *Garc. n. 398.* in quibus dicitur; tales etiam ex sola devotione celebrantes non censeri interesse isti horæ, nec illius distributiones recipere posse, nisi iusti essent à Superiore tunc celebrare (quamvis & hunc admonitum velint eadem declarationes, ut à tali jussione abstineant) idemque habeat Concilium Mediolan. Nihilominus & *Garc. n. 400. a. t. in Eccle-*